



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

172 Ius idem statuitur, ubi eadem ratio viget.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

- entis manus in clericum singularis certaminis, sive duelli, ac aliis etiam casibus Sedi Apostolicæ Vicario Urbis, & locorum Ordinariis respectivè reservatis, & pro tempore reservandis, & etiam à quavis excommunicatione ab homine latè absolvere, & super irregularitatibus, tam ex aliquo defectu provenientes, quam occasione delicti contractis cum aliquo dispensare prætextu dictorum privilegiorum ullo modo possint, ut in eadem constit. §. *decernimus in super.* Quæ constitutio, & cum in dictis casibus sit prohibitiva, fortior est permissiva. Abb. in c. *non concupiscentiam*, n. 1. ibi Dec. n. 5. de const. Bar. in l. *tutor*, ff. de susp. tut. & Navar. in cons. 40. n. 9. de penit. & remiss. lib. 5. vol. 2.
- 169 Innoc. & Papa III. in concilio generali statuit, ut catholici, qui crucis assumpto caractere, ad hæreticorum exterminium se accinxerint illa gauderent indulgentia illoque sancto privilegio essent muniti, quod accedentibus in Terræ sanctæ subsidium conceditur, ut cap. *excommunicamus*, il *pri-* mo, §. *catholicis*, & ibi gloss. in ver. *accinxerint*, de heret. quæ Indulgentia est plenaria Abb. in cap. *ad liberandum*, num. 3. de iudai, & Sarrac. & dict. cap. *excommunicamus*, num. 4. de heret.
- 170 Ad hoc bellum & strenuè sese accinxit Federicus II. Imperator ejusdem Innoc. Pontificis auctoritate fretus, qui, laturus opem Christianis in subsidium Terræ sanctæ contra Sarracenos in Asia dimicantibus crucis vexillum sustulit Platina in vita ejusdem Innocentij, §. *Otho vero* Illum quam plurimi Principes nobiles, & ignobiles, crucis assumpto signo, ad hæreticorum, & infidelium exterminationem fuerunt secuti.
- 171 Oborta etiam eo dem tempore & maxima hæresi apud Tolosam; de qua per Sigonium de Regno Ital. lib. 14. annal. 1180. Beatus Dominicus ejusdem Pontificis auctoritate illam, in qua non tantum verborum discrepationibus, verum etiam armis opus fuit, mira celeritate compescuit, ut per eundem Platina in vita ejusdem Innoc. §. *oborta*. Ideo, cum ad expellendos hæreticos armis opus fuerit, ut fideles ad illorum perditionem magis inflammarentur eos, qui crucis assumpto caractere, ad eorundem excidium se se accingerent, vel se accingere parati essent, pari privilegio, ac si ad Terræ sanctæ subsidium accessissent, munire voluit, gloss. in dict. §. *Catholici in ver. receptores*.
- 172 Quia, & ipsi fere pari periculo mortis se exponerent perinde, ac illi, qui in subsidium Terræ sanctæ sese contulerint, ob id eam similiter eadem ratio idem erant statuendum, l. *illud*, ff. ad l. *Aquil.* & Crau. cons. 183. num. 3.
- 173 Hic & ex dicto capitulo: excommunicamus il primo, ea oriri potest quæstio, quoniam modo dicantur se accingere ad hæreticorum exterminationem, ita quod dicto privilegio, & indulgentia gaudere possint, Nam arbitrantur nonnulli omnes, qui in sodalitates sub titulo Sanctæ Crucis se recipiunt, eodem privilegio, & indulgentiæ gaudere posse, tamen dispositio conc. generalis, de quo in eodem cap. *excommunicamus*, ubi excommunicantur, & anathematizantur omnes hæretici, quibuscunque nominibus censeantur, ab omnibus dominis, & locis expelli mandantur, & ibi Abb. in princip. non habet tam latam interpretationem. Nam, qui in dictis sodalitatibus confratrum inscribuntur